

diocesis quoddam collegium, in quo septem praebendas canonicales, quorum fructus redditus et proventus ad summa triginta marcharum argenti secundum communem estimationem ascendunt annuatim, pro totidem canonicis eiusdem collegii de novo auctoritate ordinaria erexit et dotavit, necnon etiam praeposituram decanatum cantoriam et alias dignitates de quibus ei videbitur in ipso collegio instituere et sufficienter dotare proponit, quare pro parte ipsius episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectioni et dotationi praedictis robur apostolicae confirmationis adiacere, necnon ipsum collegium ius collegiatae ecclesiae habere decernere ipsumque ac personas in eo praebendas aut dignitates seu alia beneficia ecclesiastica pro tempore obtinentes ab omni iurisdictione dominio et potestate dilectorum filiorum capituli Misnensis et archidiaconi loci ac cuiuscunque alterius iudicis ordinarii existentium pro tempore inferiorum episcopo Misnensi etiam pro tempore existenti prorsus eximere et etiam liberare de benignitate apostolica dignemur. Nos itaque ipsius episcopi huiusmodi pium propositum plurimum in domino commendantes necnon erectionem factam et praebendarum praedictarum dotationem praefatas et quaecunque inde secuta rata habentes et grata ea auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, et insuper ipsum collegium ius collegiatae ecclesiae habere decernimus, ipsumque et easdem personas a iure dominio et potestate praedictis capituli archidiaconi et iudicis praefatorum eadem auctoritate perpetuo prorsus eximimus et totaliter liberamus, ita quod capitulum archidiaconi et iudices praefati non possint in collegium seu personas huiusmodi potestatem iurisdictionem seu dominium aliqua[tenus] exercere, decernentes irritos et inanes quoscunque processus necnon excommunicationis suspensionis et interdicti sententias, quos contra haec forsitan haberi contigerit seu etiam promulgari. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Pisis Non. Julii pontificatus nostri anno primo.

Lazarus.

Pro Ja. Papia.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Bleisiegel wie No. 807.
Gereken Historie der Stadt Stolpen S. 577 f.

P. de magistro.

No. 812. 1409. 7. Aug.

Burggraf Heinrich eignet dem Capitel Zinsen zu Kleinprausitz und Jessen.

In gotis namen amenn. Sint alle mensliche schickunge etc. Hirvmme wir Heinrich von gotis gnaden des heiligen Romisschen richs burcgraue czu Missin vnd graue czum Hartensteinn bekennen — das vor vns kommen ist der erber er Niclaus Grymmer, ewiger vicarius czu Missin vnd hat vns mit fiße gebeten im czuliehene eyn schok grasschen vnd achczen grasschen czinses vnd ierlicher renthe in deme dorffe Wenige Prus^{a)} genant, gelegen in deme Missenischen gerichte in der pharre czu Kregus, die her gekouft hat wedir Ticzeman von Grunrade vnserm libin getruwen, vnd achtehalben grasschen in deme dorffe czu Jessin^{b)} gelegin in deme Heinschen gerichte, die her wedir vns selbis gekouft hat, do mitte her in der kirchen

a) Kleinprausitz, Par. Ziegenhain, vordem Krögis. b) Jessen, Par. Gröbern.